M. Dutrannoit désire rectifier une erreur du compte-rendu de la dernière herborisation générale. Le nom de *Zannichellia polycarpa* doit être remplacé par celui de *Z. palustris* L. var. *pedicellata*.

M. Rodigas rappelle la visite que la Société a faite, après sa dernière séance, à l'Institut botanique. Il aurait été heureux d'en rédiger le compte-rendu, mais il a appris qu'un de nos confrères prépare une notice détaillée sur ce sujet. Il désire pourtant que dès maintenant il y ait une trace de cette visite dans notre Bulletin. C'est, dit-il, avec un grand intérêt que la Société a parcouru les magnifiques installations de l'Institut et il est certainement l'interprète de tous les membres en adressant à M. le professeur L. Errera de vives félicitations pour la fondation de cet établissement de hautes études botaniques.

LICHENES KNIGHTIANI, IN NOVA ZELANDIA LECTI, ADDITIS NONNULIS ALIIS EJUSDEM REGIONIS, QUOS EXPONIT

Dr J. Müller.

1. **Collema furvum** Ach. v. **microphyllinum** Müll. Arg.; thallus adeo diminutus ut planta primo intuitu *Collema microphyllum* Ach. simulat, sed lobi revera tenuiores, subobsoleti aut melius evoluti hinc inde cochleato-concavi ut in var. *conchifolia* Müll. Arg., sed pluries minores, sublaeves aut granuloso-furfuracei. — Primo intuitu a simili *C. microphyllo* Ach. recedit margine thalli hinc inde adscendente et apotheciis paullo majoribus et margine multo tenuiore cinctis. —

Ad corticem *Mycopori laeti* : Colenso, n. 6280, 6449 (in hb. Kew).

Coniophyllum Müll. Arg. gen. nov.

Thallus foliaceus, laxe caespitosus, e horizontali suberectus, supra cartilagineo-corticatus, subtus medullaris et rhizinis destitutus; systema gonidiale gloeocapsoideum, membranis crasso-gelatinosis; apothecia hypothallina, juxta imum marginem submarginalia, gymnocarpica, ex emergente mox late aperta, a thallo ipso leviter marginata; sporae in ascis mox deliquescentibus irrigulariter uni-v. subbiseriales, mox massam sporalem fuscam (non coerulescentem) formantes, simplices, globosae, fuscae. — Lichen prima fronte thallum horizontalem *Cladoniae*, e. gr. *C. cervicornis* Auct. fere simulat, at anatomice et dein fructificatione est diversissimus. — Genus *Calycidium* Stirt. New Gen. et Spec. p. 8 quoad formam thalli, apothecia et sporas arcte accedit, attamen gonidiorum structura ignota est, et apothecia ex descriptione in cupulis laciniarum thalli recepta sunt. — E thallo et apotheciis hoc genus tribum propriam constituit : **Coniophylleae**, thallo foliaceo, apotheciis epiconiaceis apertis.

2. **Coniophyllum Colensoi** Müll. Arg.; laciniae segregatae, primum (1/2-2 mm. latae) orbiculares et horizontales, mox altero latere magis evolutae, obtuse 2-4-lobatae, dein adscendentes et magis concavae, ambitu et divisione multiformes, saepe tamen obovatae, digitatim late lobatae v. lobulatae v. tantum crenulatae, firmae, supra cinerascenti

—virides, laevigatae, subtus albae v. albidae, non venosae, utrinque nudae et opacae, bene evolutae circ. 6-8 mm. longae et superne 4-5 mm. latae, fertiles margine magis integrae; apothecia evoluta 1 mm. lata, convexa, fusca, pulveracea, tenuiter et demum obsolete thallino-marginata, nuda, opaca, novella secus marginem distincte hypophylla, sc. in pagina ipsa inferiore verticaliter (nec in axi longitudinali loborum) inserta, declinata, evoluta autem fere radiantia et ipsi margini inserta apparent; massa hymenialis nigro-fusca; asci visi 8-spori, tantum 12-17 μ longi, clavati; sporae demum e virente fuscae, irregulariter globosae, 5-7 μ latae. — Apothecia subinde seriem formant et quodammodo genus *Erioderma* in mentem revocant, planta sterilis autem prima fronte cuique ut species *Cladoniae* salutanda. — Corticola : Rev. W. Colenso (in hb. Kewensi).

3. **Clathrina aggregata** (Eschw.) Müll. Arg. L. B. n. 589, v. **trichophora** Müll. Arg.; ramillorum lateralium cuspides in pilos flaccidos concolores aut demum decolorato-albidos solitarios v. aggregatos tenuissime angustatos 1/2-1 1/2 mm. longos abeuntes. — Forma pilis insignis, at habitu, colore partium et perforationibus accurate cum planta normali congruens. — Leg. Dr Ch. Knight.

4. **Cladonia alpestris** v. **portentosa** Müll. Arg.; *C. silvatica* v. *portentosa* Wain. Monogr. Cladon. p. 32; *C. rangiferina* v. *portentosa* Schaer. Enum. p. 203, e ramillis ultimis rectis valde abbreviatis et validis ad *C. alpestrem* Rabh.,

referenda est. — Pulchre fertilem misit cl. Knight.

5. **Cladonia squamosa** Hoffm. v. **cornuta** Müll. Arg.; podetia 5-8 cm. alta, parce dichotome ramosa, fere tota longitudine granuloso-squamulosa v. apice pulveracea, squamis et scyphis destituta. — Leg. Dr Kn.

6. **Baeomyces cupreus** Müll. Arg.; thallus leprosus, virenti-cinereus; podetiola 1-2 mm. longa v. fere nulla, crassa, obconica, cum receptaculo et margine ipso apotheciorum cupreo-rubella, laevia, madefacta rufo-translucentia; apothecia 1-1 2/3 mm. lata, late adnata; margo prominens, integer; discus e concavo planus, rufo-v. dein fusco-nigricans, madefactus obscure rufus; epithecium sanguineo-rufum; lamina electrino-fulvescens (sporae haud evolutae). — Pulchella species, affinis *B. granoso* Stirt. et *B. crenulato* Hepp, et quidem posteriori primo intuitu haud dissimilis. — Terricola: Rev. W. Colenso.

7. **Siphula subcoriacea** Müll. Arg. Lich. Cap. Horn. n. 24 (1888); *S. decumbens* Nyl. Lich. Nov. Zel. p. 14 (1889); thalli laciniae dense caespitosae, adscendentes, semipollicares et longiores, crasso-foliaceae, coriaceae, sed fragiles, eburneo-albae v. albidae, utraque pagina concolores et laeves, inferne undique crassae, obscuriores et reticulatim rugulosae aut rimoso-areolatae, rhizinis destituae, superne varie et irregulariter dichotome divisae, laciniae sinuato-lobulatae et hinc inde opuntiiformes, lobuli ultimi rotundato-obtusi; margines saepe subincrassati; gonidia globosa et viridia, diametro 8 μ aequantia. — Proxima *S. coriaceae*

Nyl., habitu nonnihil *Coniophyllum Colensoi* Müll. Arg. refert, sed osteoleuca et supra non laevigata. — Inter muscos ad Browing Pass, alt. 5000 ped.: Dr Haast n. 186.

8. **Usnea melaxantha** v. **ciliata** Müll. Arg.; *Neuropogon ciliatus* Nyl. Lich. Nov. Zel., p. 22; *N. melaxanthus* v. *ciliatus* Nyl. Lich. of New Zeal., p. 245. — In iisdem caespitibus offert apothecia margine nuda, subnuda et ciliata et habitus est omnino conspecificus. Ab *Usnea* nullo charactere generico distat. — In Mount Patriarch a cl. J. Dall lectus.

9. **Cetraria corallophora** Müll. Arg.; thallus mediocris, tenuis, horizontalis, rhizinis parum numerosis albidis v. demum fuscis adhaerens, lacinioso-divisus, supra subflavescenti-pallidus, laevis et rugulosus, nitidulus, subtus concolor v. demum pro parte nigricans; laciniae irregulariter inciso-divisae, planae, undique ad margines in lacinulas copiosas digitiformi-coralloideas simplices et dendroideo-ramosas dissectae; apothecia marginalia et submarginalia, demum 3 mm. lata; margo tenuis et incurvus, integer v. demum obsolete crenatus; discus fuscus; lamina superne fulvo-fuscidula, caeterum hyalina; asci obovoidei, 8-spori, apice pachydermei; sporae 12-14 μ longae, 8-9 μ latae, late ellipsoideae. — Habitus plantae ut in japonica *C. chrysantha* Tuck., sed pagina inferior non glabra et nitida, et apothecia parva et laciniae ad margines insigniter coralloideo-dissectae ut in multis *Stictis*. Gonidia globosa sunt. Spermogonia non visa. — Super rhizomata

Filicum laxe prostrata : leg. W. Stephenson.

10. **Stictina intricata** v. **Thouarsii** Nyl Syn., p. 335, — Hic omnino pertinet *Sticta limbata* v. *subflavida* Babingt. in Hook. Flora N. Zeal., p. 19, de qua loquitur cl. Nyl. Lich. Nov. Zel., p. 31. E specimine Colensoano ab ipso Babingt. benevolo misso pseudocyphellae albae sunt, leviter urceolato-concavae, pulveraceae, et soredia in pagina supera caesia, majuscula, marginalia et simul sparsa.

11. — **fragillima** Nyl. v. **myrioloba** Müll. Arg.; thallus parvulus; laciniae breves, copiose dissecto-lacinulatae, subtus undique glaberrimae v. medio parce et breviter tomentellae. — Inter v. *dissectam* et v. *glaberrimam* hujus speciei quasi medium tenens. Est Stictina, nec Sticta. — Dr Ch. Knight, n. 323. — Quod autem a cl. Nyl. sub *Stictina fragillima* f. *lutescente* (Lich. Nov. Zel., p. 29) expositum fuit, est genuina primitiva *Sticta fragillima* Babingt. L. of New. Zeal., p. 15 (fide descript. et specim. orig. auctoris), i. e. *Stictina fragillima* Müll. Arg., et *Stictina fragillima* Nyl. L. Nov. Zel., p. 29 est *Stictina fragillima* v. *dissecta* Müll. Arg. L. B., n. 562.

12. — **Mougeotiana** Nyl. v. **dissecta** Müll. Arg.; laciniae thalli margine sat copiose lacinulato-dissectae, undique sorediis destitutae. — Sterilis nota. Reliqua, gonimia et cyphellae, indumentum et superficies coeterum bene cum specie conveniunt. — Leg. Dr Ch. Knight.

13. — **fuliginosa** Nyl. f. **sorediantha** Müll. Arg.; pagina superior undique pustulis isidiosis mox

pulveracies et in soredia 1/2-1 mm. lata abecuntibus copiose ornata, soredia in ipso margine nulla et versus marginem decrescentia. — Est *Stictinae fuliginosae* var. nec *S. limbatae*, a qua recedit colore obscuriore, sorediis multo minoribus primum isidioideis et aliter sitis, i. e. in imo margine nullis, nec ibidem copia et magnitudine praedominantibus. — Dr Ch. Knight (qui misit cum speciminibus genuinis speciei).

14. **Sticta variabilis** Ach. v. **Lyalliana** Müll. Arg.; a forma primitiva borbonica Acharii et auct. in eo differt quod laciniae thalli in margine non dissecto-lacinulate. — Corticola : Dr Knight (sub *S. cinereo-glauca* Fayl., a qua colore fuscescenti-pallido thalli et apotheciis multo laetius fuscis majoribus et dein sporis tantum 4-locularibus differt) et Lyall (hanc cl. Babingt. misit sub *S. cinereo-glauca* v. *Lyalliana*, admixta *S. episticta* Nyl.).

15. — **orygmaea** Ach., quam nunc copiose coram habeo, quoad thallum, magnitudinem apotheciorum et eorum marginem plus minusve dentato — v. lobato — coronatum variabilem video, unde *Sticta coronata* Müll. Arg. L. B., n. 99 non amplius ab ea distinguenda.

16. — **pubescens** Müll. Arg.; thallus amplus, circ. pedalis, olivaceus, adpressus, laciniato-divisus, sed laciniae fere undique cohaerentes s. incomplete connexae, supra undique scrobiculato-fossulatus et pubescens, medio glabrescens, subtus fuscus et undique dense tomentosus, marginem versus obscure ochraceus et pseudocyphellis parvis

intense sulphureo-flavis ornatus, intus albus; apothecia 3-4 1/2 mm. lata, sessilia, plana, margine tenui primum extus verrucoso-aspero demum dentato-coroniformi thallino cincta; discus niger, madefactus lividus; sporae fuscae, vulgari modo biloculares, circ. 32 μ longae et 10 μ latae. — Quasi medium tenet inter *S. impressam* Hook. f. et Tayl. (*S. physciosporam* Nyl.) et *S. rubellam* Hook. f. et Tayl. Apothecia crenata ut in *S. orygmaea* Ach. Colore thalli ad *S. auratam* Ach. nonnihil accedit, sed intus non flava. — Corticola : Dr Knight (inter specim. *S. impressae* missa).

17. **Sticta psilophylla** Müll. Arg.; thallus lacinioso-divisus, sed margines plus minusve copiose microphyllino-v. anguste lobulato-v. subcorallino-dissectus, glauco-v. cervino-pallidus, subtus ochraceo-pallidus v.-albescens et undique lavato-glaberrimus v. centrum versus albo-tomentosus, supra laevis v. obsolete scrobiculato-inaequalis, subtus hinc inde transversim plicatulus v. rugosus, haud costatus, nitidulus; pseudocyphellae paginae inferioris albae, exiguae, haud emergentes, subinde rarescentes, in pagina superiore rarae sed conformes; cephalodia paginae inferioris hemisphaericae, laevia; gonidia 5-7 μ lata; apothetia sparsa et submarginalia, 1 1/4-1 3/4 mm. lata, laxe sessilia, tenuiter marginata; margo denticulatus ; discus rubro-fuscescens, demum nigricans et planus; sporae fusiformes, 4-loculares, 28-34 μ longae et 7-8 μ latae. — Pulchra species, affinis *S. subvariabili* Nyl.

Add. Lich. Nov. Zel. n. 3 et *S. leucophyllam* Müll. Arg. locanda est. a cl. Nyl. pro *S. multifida* distributa fuit. — Misit Dr Knight.

Sticta psilophylla f. **amphicarpa**, laciniae (raro) utraque facie apothecia sparsa gerentes et subtus magis vestitae. — Cum forma normali.

18. — **amphisticta** Nyl. v. **platyloba** Müll. Arg.; laciniae amplae, breves (ut in *S. sinuosa* v. *macrophylla* Müll. Arg.), 3-5 cm. longae, 1 1/2-2 1/2 cm. latae, inferne late in thallum monophyllum confluentes, apice breviter sinuoso-lobatae autcrenatae. — Pseudocyphellae utriusque paginae cum specie bene conveniunt, illae inferioris hinc inde demum amplae, juniores plane normales, evolutiores autem demum prominenter marginatae et in cyphellas abeuntes, sed semper albo-farinosae. Sporae 27-30 μ longae, 8-10 μ latae, 2-4-loculares, fuscae. — Misit Dr Knight.

19. **Parmelia rutidota** Hook. et Tayl. in London Journ. of Bot., 1844, p. 645, f. **sorediosa**; s. *P. ochroleuca* f. *sorediosa* Müll. Arg. L. B., n. 574; corticola (misit Dr Knight sub Parmelia caperata, no 1. a, pr. p.).

20. — **saxatilis** Ach. v. **signifera** Müll. Arg.; *P. signifera* Nyl. Lich. Nov. Zel., p. 25; vix at ne vix varietas legitime distincta a *P. saxatilis* v. *omphalode* Fr. ob lineolas sorediosas saepe (non semper) crebriores et vulgo breviores. — Cl. Nylander sporas quidem leviter minores vidit, sed hoc speciem veram condere non potest.

21. — **Mougeotii** Schær. v. **obscurata** Müll. Arg.; *P. Mougeotina* Nyl. Lich. Nov. Zel., p. 27.

— Haec var. *obscurata* hine inde conjunctim cum *P. Mougeotii* Schær. normali occurit et accurate transit in eodem specimine, imo in eadem lacinia bicolore (apicem versus flava). Inter ambas caeterum nihil adest nisi reactio chemica paullisper diversa, sed methodus qua species solo charactere reactionis distinguuntur nil est nisi aberratio vehemens summopere deploranda.

22. **Anzia angustata** (Pers.) Müll. Arg. var. **hypoleucodes** Müll. Arg.; indumentum paginae inferioris albido-cervinum v. varie pallidum ut in *A. hypoleuca* Müll. Arg., sed reliqui characteres plantae sterilis cum *A. angustata* conveniunt. — Etiam in planta normali indumentum hinc inde leviter pallescens observatur et transitum praebet. — Corticola, communicata a D[r] Ant. Magnin.

23. **Psora Colensoi** Müll. Arg.; *Biatora Colensoi* Babingt. in Hook. f. Flora of New Zeal., p. 34; *Lecidea Colensoi* Nyl. L. Nov. Zel., p. 78, e specimine Babingtoniano est valde insignis, nulli arcte affinis, quodammodo ad australiensem *P. pachyphyllam* Müll. Arg. accedens, sed laciniae thalli minus divisae et apothecia extus intusque aliter colorata.

24. **Urceolaria actinostoma** Schær. Enum. p. 87. — Hic omnino ducenda est *Urc. Novae Zelandiae* Knight Contrib., p. 275, n. 1, sed thallus haud raro plus minusve obliteratus est et habitus ob mutilationem tum varie peculiaris et alienus apparet, specimina tamen bene evoluta separationem specificam vetant.

25. **Pertusaria Knightiana** Müll. Arg.; thallus

albidus, tenuis, crebre rimosus, caeterum sublaevis; verrucae circ. 1 1/2 mm. latae, hemisphaericae, regulares aut ambitu subangulosae, nunc pr. p. confluentes, vertice late subtruncato-obtusatæ, laeves, nonnihil cinereo-rubentes, sparsim oligothalamicae; sporae in ascis superposito-geminatæ v. rarius et solitariae 150-180 μ longae, 70-80 μ latae, summopere pachydermeae, intus laxe reticulatim costulatae. — Prima fronte bene *P. trypetheliiformem* (Nyl.) simulat, sed est saxicola, thallus rimosus et sporae demum diversae sunt. Membrana sporarum crassitie 15-18 μ æquat. — Saxicola.

26. **Lecidea** (s. **Biatora**) **nigratula** Müll. Arg.; thallus albidus, maculari-tenuis, laevigatus, effusus; apothecia 4/20-5/20 mm. lata, sessilia, juniora plana et tenuiter marginata, dein convexula et immarginata, e fusco v. fusco-helvolo mox nigrata, evoluta sicca impure nigra, opaca, madefacta leviter fuscescenti-nigra, nuda; epithecium et hypothecium rufescenti-fuscidula, pallentia, lamina caeterum subhyalina; paraphyses modice segregabiles, apice capitato-clavate; asci 8-spori; sporae 12-14 μ longae et 3 1/2-4 1/2 μ latae, elongato-obovoideae v. fusiformi-ellipsoideae. — Apotheciis parvis fusco-nigris et habitu multis aliis accedit, at sporis oblongatis et colore hypothecii discernitur et juxta *L. demutantem* Nyl. locanda est. — Corticola : Colenso, n. 6524.

27. — (s. **Lecidella**) **sabuletorum** (Schreb.) Fr., v. **athallina** Müll. Arg.; thallus deficiens aut vestigiis subobsoletis indicatus. — Hypothecium

hyalinum, epithecium coeruleo-nigrum v. coerulescenti-fuscum. — A *L. goniophila* et *L. monticola* Auct. colore epithecii recognoscenda. — Lapidulicola ; Dr Knight (missa sub *L. sublapicida*, sed non quadrat cum diagn. hujus sp. in Kn. Contrib., p. 276).

28. **Lecidea** (s. **Lecidella**) **littoralis** Knight, Contrib. to the Lich. of New Zeal., p. 275, a cl. Nyl. (Lich. Nov. Zel., p. 105) in *L. contiguam persistentem* mutata fuit, sed Lichen specifice distinctus est : Apothecia (non immersa, magna) ut in *L. platycarpa* Ach., thallus subfarinosus et obsolete rimulosus ut in *L. confluente* Ach., sed hypothecium hyalinum aut longe infra thalamium leviter fusco-obscuratum est ut in sectione *Lecidella*. Juxta *L. subdeclinantem* Müll. Arg. locanda est. — In descriptione Knightiana caeterum quoad hypothecium res duae conscriptae videntur. — Saxicola : Kn.

29. **Patellaria** (s. **Biatorina**) **stillata** ; *Lecidea Kelica* Stirt. Add. Lichfl. of New Zeala., p. 467 (1876) ; *Lecidea stillata* Nyl. L. Nov. Zel., p. 86 (1889, non 1888 ut in titulo). — Nomen Nylanderi jame 1867 ad detectorem Dr Knight missum at tantum anno 1889 editum et stabilitum fuit, sed nihilominus nomini Stirtoniano, prioritate gaudenti at simul male formato anteposituın est. — Corticola : Dr Knight.

30. **Buellia ferax** Müll. Arg. ; thallus epilithinus deficiens at strato saxi tenui superficiali caesio-cinereo repraesentatus ; apothecia copiosa, pro parte conferta et aggregata, sessilia, 1/4-1/2 mm. lata, juniora

concava et margine tenui prominente saepe flexuoso et incurvo cincta, demum convexa et immarginata, semper nuda et opaco-nigerrima; epithecium nigro-fuscum; hypothecium nigro-fuscum et crassum; lamina circ. 55 μ alta; paraphyses cipitato-clavatae; sporae 8-nae, 12-13 μ longae, 5-6 1/2 μ latae, ellipsoideae. — Similis est paraguayensi *B. inamoenae* Müll. Arg. et microscopice ab ea haud diversa, sed apothecia copiosa, conferta, demum immarginata et thallus omnino alius. — Ad saxa sabulosa : Colenso : n. 6337.

31. **Blatorinopsis pallidula** Müll. Arg.; thallus flavescenti-virens, instrato-effusus, tenuissimus, superficie laevis et firmus; gonidia confervaceo-chroolepoidea, intricata; filamenta longa, hinc inde breviter subincurvo-ramigera, obsolete irregulariter gibboso-torulosa, articuli vulgo 3-plo-pluries longiores quam lati; apothecia 1/2-3/4 mm. lata, tenuia, leviter concava et plana, margo tenuis et integer, disco paullo pallidior; discus primum aurantiaco-albidus, demum pallido-aurantiacus (v. thalamio delapso albidus apparens); lamina tota hyalina; paraphyses capillares, facile liberae, apice modice incrassatae et articulatae; sporae in ascis angustis imbricatim 1-seriales, 8-nae, fusiformes, 9-11 μ longae, 3-3 1/2 μ latae, 2-loculares. — Prope *B. Roumeguerianam* Müll. Arg. e Nova Coledonia locanda est et ab omnibus hucusque notis longitudine majore articulorum gonidiorum simul recedit. — Corticola, Muscis et Hepaticis instrata (Dr Knight, qui

dubitanter sub *Lecidea planella* Nyl. misit).

32. **Biatorinopsis** (s. **Polyphragma) myriadella** Müll. Arg.; *Lecidea myriadella* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled., p. 78; gonidia depauperatim chroolepoidea, pro parte etiam 1-cellularia et tum vix regulariter globosa; sporae 6-11-loculares, vulgo circ. 12 in ascis, sed hinc inde etiam 8-nae occurrunt. — A congeneribus differt sporis bacidialibus et in ascis ultra 8 et dein sectionem distinctam constituit. — Corticola : Dr Knight.

33. **Leptotrema monosporum** Müll. Arg.; *Thelotrema monosporum* Nyl. Expos. Lich. Nov. Caled., p. 46, et Syn. Lich. Nov. Caled., p. 38. (— In Nova Caledonia.)

— — v. **patulum**; *Thelotrema monosporum* v. *patulum* Nyl. Prodr. Nov. Gran, p. 45 et Lich. Nov. Zel., p. 76; Kn. Contrib. Lichfl. of New Zeal., p. 278; corticola.

— — **saxatile**; *Thelotrema saxatile* Kn. Contrib. l. c., p. 278 (fide specim. Kn.); thallus fere omnino evanescens, hinc inde granulositatem substrati subtalcaceo-induens, nec ipse granularis; apothecia anguste aperta ut in *Ocellularia cavata* (Ach.) Müll. Arg. Structura interior bene cum specie convenit; perithecium et hypothecium pallida; asci 1-3-spori; sporae mox olivaceo-nigrescentes, cylindrico-ellipsoideae, 80-160 μ longae, 25-50 μ latae, circ. 20-27-septatae, loculi transversim (in axi) 4-5-locellati. — Plantae primariae speciei similior est quam v. *patulum*. — Saxicola (comm. cl. Dr Knight).

34. **Platygrapha verruculosa**; *Arthonia verruculosa*

Kn. Lichenogr. of New Zeal., p. 353, fig. 6, non differt ab *Arthonia platygraphella* Nyl. Lich. New Zeal., p. 258 et L. Nov. Zel., p. 120, sed planta e forma ascorum et sporarum et margine hinc inde distincte thallino et prominulo apotheciorum ad genus *Platygrapham* pertinet. — Sporae in ascis cylindricis angustis 8-nae, 13-18 μ longae et 4 1/2-6 μ latae, ambitu anguste fusiformi-obovoideae, utrinque subacutae, 4-loculares, loculus a basi tertius (penultimus) demum vulgo reliquis paullo amplior (Comm. cl. D^r^ Kn.).

35. **Opegrapha modesta** Müll. Arg.; thallus albo-cinereus, tenuis, continuus, demum evanescens; lirellae nigrae, ex semiinnato demum superficiales, circ. 2/3 mm. longae et breviores, 17/100-20/100 mm. latae, simplices aut altero latere ramulum gerentes, grosso-lineares; labia clausa, turgida, obsolete nitida et opaca, superficie nonnihil ruguloso-inaequales; perithecium basi valide completum; asci angusti, 8-spori; sporae 20-25 μ longae, 3-3 1/2 μ latae, bacillari-digitiformes, longo tractu aequilatae, utrinque sat obtusae, 4-loculares. — Extus fere *O. subdifficilem* et *O. agelaeoidem* Nyl. refert, sed sporae sunt omnino aliae. — Corticola (Comm. D^r^ Kn.).

36. — (s. **Lecanactis**) **pleistophragmoides** Müll. Arg.; *Lecidea pleistophragmoides* Nyl. Lich. Nov. Zel., p. 102. Gonidia sunt chroolepoidea et species dein ad *Opegrapham* ducenda et prope *O. Quassiæ* (Fée) Müll. Arg. intercalanda est. Sporae ludunt loculis 25-40 et utramque extremitatem obtusam versus saepius paullo incrassatae

sunt; loculi circ. aequilati ac longi. Apothecia juniora urceolari-concava ut in *Gyrostomo*, dein planiuscula. — Corticola (Comm. cl. Dr. Knight).

37. **Arthonia lecideoides** Kn. On the Lichenogr. of New Zeal., p. 352, fig. 1 est bona species, juxta *A. complanatam* Fée locanda, et ab affinibus *A. complanata* Fée et *A. subexcedente* et *A. peraffini* Nyl. thallo obscuro et apotheciis sat regulariter orbicularibus et magis convexis diversa est (vidi specim. a cl. Dr Kn. commun.).

38. **Arthothelium spadiceum**; *Arthonia spadicea* Kn. Lichenogr. of New Zeal., p. 353 fig. 3, est proximum *A. macrothecae* (Fée) Müll. Arg., at sporae sunt paullo minores et apothecia strato pulveraceo-pruinoso ochraceo-fuscescente tecta et demum nudato-nigra sunt (vidi specim. a cl. auct. missum).

39. **Verrucaria submargacea** Knight on the Lichenogr. of New Zeal., p. 355, est species distincta, colore thalli ut in *V. nigrescente* Pers., paullo in fuscum vergente, sed apothecia haud immersa, et magis abrupte e thallo emergentia quam in *V. aethiobola* Wahlbg, minora, apice demum nidulati. Caeterum valde similis est *Verrucariae fuscae* Nyl., sed thallus e variis specim. est continuus, demum hinc inde rimulosus, nec ut in comparata diffracto-rimosus aut areolatus et magis obscurus ùt recte descripsit Dr Knight (vidi specim. Kn.).

40. **Porina** (s. **Sagedia**) **albinula** Müll. Arg.; thallus maculiformi-tenuissimus, albus; apothecia 12/100-18/100 mm. tantum lata, nigra, juniora nonnihil thal-

lino-impura; perithiecium dimidiatum, hemisphaericum, crassulum, basi late deficiens; paraphyses capillares et liberae; asci angusti, 2-seriatim 8-spori; sporae circ. 12-14 μ longae et 3-4 μ latae, subaequaliter 2-loculares aut loculus superior leviter latior. — Juxta proximas *P. subtiliorem* et *P. cinerisedam* Müll. Arg. inserenda ext. — Corticola (Dr Knight).

41. **Porina (s. Sagedia) triblasta** Müll. Arg.; thallus ochroleuco-albus, gibbositates corticis tenuiter obducens, determinatus, laevis; apothecia globosa; perithecium evolutum 1/3-1/2 mm. latum, praeter verticem nudum obtectum, basi valde attenuatum aut obsoletum, caeterum undique nigrum; paraphyses capillares et liberae; asci lineares, 1-seriatim imbricato-8-spori; sporae 14-17 μ longae, 5-5 1/2 μ latae, elongato-elipsoideae, aequaliter 3-loculares (2-septatae), loculi terminales inter se conformes. — Species haec ob sporas regulariter et constanter 3-loculares eximie distincta nulli cognitarum arcte accedit. — Corticola (Dr Knight sub Verrucaria triblasta).

42. — (s. **Sagedia**) **albicascens** Müll. Arg.; *Verrucaria albicascens* Nyl. Lich. Nov. Zel., p. 129; similis *P. cinerisedae* Müll. Arg., sed sporae 4-6-loculares, et similiter simillima *P. indutulae* (Nyl.) Müll. Arg.; ambae prope *P. cestrensem* Müll. Arg. locandae sunt.

43. — (s. **Sagedia**) **emiscens**; *Verrucaria emiscens* Nyl. Lich. Nov. Zel., p. 129, juxta proximam mexicanam *P. semiintegram* Müll. Arg. L. B. n. 875, locanda est, a qua thalli colore obscuro, perithecio basi deficiente et sporis tenuioribus

differt. A *P. pulla* (Ach.) Müll. Arg. recedit peritheciis dimidiatis. — Corticola (com. a cl. Dr Kn.).

44. **Porina** (s. **Sagedia**) **saxicola**; *Verrucaria saxicola* Kn. Contrib. L. of New Zeal., p. 280, t. 38 fig. 2, est bona species, juxta brasilieneem *P. subolivaceam* Müll. Arg. locanda, cui simillima, sed apotheciis leviter majoribus, magis emersis et dein sporis longioribus, 32-35 μ longis et 5-6 1/2 μ latis et 8-10-locularibus differt. Perithecium caeterum est fere sphaericum, basi sensim attenuatum aut sub nucleo deficiens, nec simpliciter dimidiato-hemisphaericum. — Saxicola (vidi specim. Knightian.).

45 **Arthopyrenia** (s. **Euarthopyrenia**) **gemellipara** Müll. Arg.; *Verrucaria gemellipara* Knight Contrib. Lichenogr. of New Zeal., p. 278, t. 37, fig. 20 (non Nyl. Lich. Nov. Zel., p. 132); *Verrucaria circumpressa* Nyl. Lich. Nov. Zel., p. 133; est simillima australiensi *A. subpunctiformi* Müll. Arg., sed perithecia basi in annulam cingentem nanissimum nudum evoluta sunt. Sporae ut in *A. analepta* Körb., articulus superior interdum distincte reliquo major sed non eo longior. — Corticola (comm. Dr Knight).

46. — (s. **Euarthopyrenia**) **transposita** Müll.Arg.; *Verrucaria gemellipara* Nyl. Lich. Nov. Zel., p. 132 (exclus. syn. allato Knightiano). Extus apotheciis et thallo cum Pyrenula punctiformi v. lactea Hepp Fl. Eur., n. 455 quadrat, at thallus mox evanescit et Lichen tum refert *A. analeptam* Körb. Apothecia diu thallo albo-

velata, demum nigra, depresso-hemisphaerica, basi non peculiariter dilatata; paraphyses copiosae, tenellae, firmae, subdivaricato-rimosae et connexae; sporae 12-16 μ longae et 5-6 μ latae (cl. Nyl. eas leviter majores vidit). — Corticola (comm. Dr Knight).

47. **Arthopyrenia** (s. **Mesopyrenia**) **subatomaria** Müll. Arg.; *Verrucaria subatomaria* Nyl. Lich. Nov. Zel., p. 134, juxta proximam americanam *A. leucochloram* Müll. Arg. inserenda est, a qua differt apotheciis paullo minoribus, superne omnino nudis et nigerrimis et dein ascis obovoideis. — (comm. Dr Knight).

48. — (s. **Mesopyrenia**) **suffusa** Müll. Arg.; *Verrucaria suffusa* Kn. On the Lichenogr. of New Zeal., p. 356, fig. 12; Nyl. Lich. Nov. Zel., p. 133; juxta *A. pyrenuloidem* Müll. Arg. Pyrenoc. Féean., p. 27 locanda est, a qua differt peritheciis dimidiatis et sporis majoribus. Paraphyses in muco spumoso laxe connexae. (comm. Dr Knight).

49. — (s. **Anisomeridium**) **subbiformis** Müll. Arg.; *Verrucaria subbiformis* Knight Contrib. to the Lichenogr. of New Zeal., p. 279, t. 37, fig. 22. Fere *A. limitantem* Müll. Arg. simulans, sed apothecia paullo minora et sporae minores et aliter divisae, sc. articulus inferior superiore distincte brevior, hinc inde tamen in iisdem ascis occurrunt sporae medio divisae. — Perithecium globosum, basi tamen tenuius; paraphyses laxe connexae; sporae in ascis linearibus regulariter imbricatim 1-seriales, fusiformi-ovoideae, 16-20 μ longae et

7-8 μ latae. — Corticola (comm. Dr Knight).

50. **Microthelia Knightiana** Müll. Arg.; *Verrucaria minutissima* Knight Contrib. to the Lichfl. of New Zeal., p. 279, t. 37, f. 21, cujus apothecia ut in proxima *M. micula* Körb., thallus autem fuscus. Sporae fuscae, 13-17 μ longae, 5-7 μ latae oblongo-obovoideae, articulus superior paullo latior, nunc simul leviter longior, v. etiam saepe inferiori aequilongus. — Nonnullae species hujus generis occurrunt, quorum apothecia adhuc longe minora sunt et nomen specificum antea datum dein admittere haud potui. Species dicata sit oculatissimo et de Lichenologia Novae Zelandiae bene merito Dri Knight (com. cl. Knight).

51. — **magnifica** Müll. Arg.; *Verrucaria magnifica* Nyl. Lich. Nov. Zel., p. 132; *V. magnospora* Kn. On some New Zeal. Verrucar., p. 99, n. 8, t. 11, fig. 4 (nomen specificum haud bene formatum); est eminens species *Microtheliae*. Apothecia 6/10-8/10 mm. lata. Perithecium dimidiatum, sub nucleo tamen hinc inde rudimentarie et irregulariter evolutum, tenue. Sporae evolutae 50 μ longae, valde robustae, 20-27 μ latae, e hyalino pallide fuscae, aequaliter 2-loculares. — Juxta *M. dominantem* Müll. Arg. Pyrenoc. Féean., p. 38 inserenda est. — Corticola (com. Dr Knight).

52. **Pyrenula occulta** Müll. Arg.; *Verrucaria occulta* Knight Contrib. to the Lichenogr. of New Zeal., p. 279, t. 37, fig. 24 (1878); *V. micromma* Nyl., Lich. Nov. Zel., p. 131 (non Montg.); est species legitima, proxima *Pyrenulae micrommati* Frev. Caratt., p. 13, s. *Verrucariae mi-*

crommati Montg. in Ann. Sc. nat., 1843, p. 57, sed diversa : prominentiis thallinis omnino aliis, haud regularibus, valde inaequalibus, mono-polycarpicis, nano-convexis, longe magis deplanato-convexis et ostiolis subtriplo minoribus et demum thallo magis flavicante. — Apothecia omnino immersa, globosa, integre nigra, evoluta 1/2 mm. lata; sporae 8-nae, pallide fuscae, 15-16 μ longae, 6-7 μ latae. — Cl. Nylander hoc sub nomine etiam *Pyrenulam subpunctellam* a cl. Kn. accepit. — Corticola (Dr Knight, qui speciem sat bene descripsit).

LES ROSES DE L'ILE DE THASOS ET DU MONT ATHOS,

par François Crépin.

L'année dernière, pendant les mois de mai, juin et juillet, MM. P. Sintenis et J. Bornmüller ont fait ensemble une exploration botanique dans l'île de Thasos et au mont Athos(1). M. Sintenis a bien voulu me confier l'examen de la collection des Roses recueillies dans ce voyage scientifique. Ce sont celles-ci qui vont être l'objet de cette note.

L'île de Thasos, du moins à ma connaissance, n'a pas encore été citée à propos de Roses. Grisebach, qui avait visité cette île, n'y signale aucune Rose.

(1) M. Sintenis a fait, en 1890, un second voyage dans l'Arménie turque. La nouvelle collection de Roses qu'il a recueillies et qui ont été nommées par moi, fera l'objet d'observations dans un travail d'ensemble que j'entreprendrai bientôt sur les Roses du Caucase et des contrées voisines. Dans ce même travail, je parlerai également d'une riche série de formes récoltées dans deux voyages en Anatolie faits par M. Bornmüller.